



VOTIVÆ
APPRECIATIONES.

CUM, INDULTU

LEOPOLDI PRIMI

CONCEDENTE

LUDOVICO SEXTO,

CATTORUM PRINCIPE, &c.

MAGNIFICVS

GREGORIUS TULSNERUS

Comes S. C. Pal. Consil. & P. P.

Promotor ritè designatus,

VIRO

Nobilitate & Consiliis Clarissimo

IOH. CHRISTOPHORO

EMBAËH.

Saxo-Gothano, J. U. Lic. dignissimo,

INSIGNIA DOCTORALIA HONORESQUE

Conferret

& in U. J. Doctorem eundem publicè riteq; renunciaret

IN

ALMA GIESSENA

22. Martii, anni 1670.

Boni ominis causa

effusa

ab infra nominatis

Dom. respectivè grat. & venerandis

PATRONIS.

G I E S S Æ,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELLI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LXX.



Preclare illimi gaudes, LIMBACCHE, fluente,
 Turbida jura fugas, limpida jura
 cupis.

Injustum damnas justo cum Rege Sisamnem,
 Justus Aristides, Fabriciusq; placent.
 Hinc sancta ingenium cernens Astræa labo-
 rem,

Hunc ornemus, ait, nam mea jura colit.
 Dixerat; & reliquæ simul assensere Camæna,
 Ornâruntque navis tempora tanta rosis.

Ita Nobilissimo & Consultissimo DNO.
 LIMBACCHO, Amico, Fautori &
 Conterraneo suo pl. honorando
de Honoribus in utroque Iure Docto-
ralibus ex merito collatis sincerè gra-
tulatur, omnia fausta ac felicia pre-
catur.

Johannes Weis/Mor. & Civ. Prof.
 & h. t. Academiae PRO-RECTOR.

Nobile Doctoris nomen Tibi jura parâ-
runt,

LIMBACHI, Felix hoc in honore
fies.

*Ludovicus Fridericus Comes
de VVied.*



EN Tibi Doctoris nunc assignantur ho-
nores,

*Limbachi & cingit pulchra corona
caput.*

Hoc tua promeruit Pietas, meruere labores,

Hoc meruere animi munera clara tui.

Ergo te dignum de pectore grator honorem

Sitque precor fœlix perpetuusque tibi.

Ita Nobilissimo Dn. D. LIMBACHIO,
ex animo gratul.

Hartm. Jacobi, D. Consiliarius
intimus & Cancellarius Haf-
so-Darmstat. ibid.

Laudan.

Laudandus meritò est in cursibus iste viator,
 Cui licet optatam fesso contingere metam,
 Post varios sistens cursum & ter mille labores.
 Munere multarum laudum est condignus Athleta,
 Qui non in pugnâ sua brachia lassa remittit,
 Ausu sed forti, comprehendit læta brabeia.
 Sic laudum Hicce novus Doctor sua dona meretur,
 dum in studiis nunc attingit metamq; scopumq;
 Et magno applausu radiantia Serta capessit,
 Gratulor, & Jhovam devoto comprecor ore,
 Hos ut in ingentes usus diffundat Honores,
 Commoda multiplicetque præalta soliç; poliçue.

Gratulabundus F.

Petrus Haberforn/ D.



Ex legum tabulis, quæ Iura sacrandæ Forensi,
 LIMBACHI, promissæ seduliorè manu.
 Decathedra dixti, sibi quos Extraneus actus
 Audeat in strepero sollicitare foro.
 Causa quidem studii tanta est, ut nostra decorum
 De re iudicium ferre Camæna vetet.
 Verba tamen scitè solvendis reddita nodis,
 Ne verum celet lingua modesta, volunt.
 Ampla ubi sunt Themidis dona, & documenta laborum
 In studio, laudis nuncia fama viget.
 Francicus Ordo Tibi munus decrevit Equestris,
 Causidico in stadio magna gerenda Tibi.

Majer

Major nunc celebris succedit splendor honoris,
DOCTORIS confert Gissa brabea Tibi.
Nunquam sit Titulus gestis inglorius, esto
Perpetuum culti Nominis iste Decus!

gratulabundus apposuit

Johannes Nicolaus Mislereus, D.



TE LIMBACH meritò DOCTORIS nomine claro,
Giffensis decorant alta Lycæa Scholæ.
Flagitat hoc virtus tua nam, doctrinaq; prestans,
Accipis ingenio præmia digna tuo.
Nunc Astræa Tibi fert basia; basia junget
Tempore, nec longum hoc, Sponsa petita, suo.
Gratulor ergò Tibi LIMBACH clarissime DOCTOR,
A Iovâ & summo prospera quæq; precor.

Gratulabundus apponeb. Giffæ

Gregorius Tülsnerus, U. J. D. Con-
filiarius Hass. & Professor Ordinarius.



Q. D. B. V.

Lymbachi egregiis, ecce laboribus
Expectata diu deniq; lux micat,
Et jam tot vigilum gloria noctium
Claris prodit honoribus.
Multi magna loqui possumus, ardua
Raros ausa vocant; Nec nisi sedulis
Prestans Fama favet, cui simul improbus
Præluce solet labor.

A 3

Ergò

Ergò conspicuas Nominis inclyti
 Dum ducit sapiens Te Themis ad fores,
 Ne turbet placidi tempora gaudii
 Frons perfricta Clientium.
 Ut verò hac etiam, Iustitiæ Decus
 Solemni tribuas cuiq; suum die,
 Dicatas genio profer in horulas,
 Quicquid hospitibus placet.
 Sertis intereà, quæ capiti tuo
 Nunc imposta virent, quilibet in serie
 Votorum calido pectore flosculos,
 Et Feliciter! accinit;
 His quamvis varia deficiant fides,
 Audax raucisonâ nostra manus lyrâ
 Applaudit: vireat gloria, floreat!
 Tantis parta laboribus!
 Multos equa juvet dexteritas novi
 Doctõris, varios hinc capiat Cliens
 Fructus, & propria crescat honor domus,
 Donec Nobile Ius viget!

Gratulabund. deproperav.

Laurentius Strauß / Med. D. P. P.



Hos TIBI LIMBACHI, doctrinæ juris honores
 Præcellens peperit vigor, & mens acrior alta
 Et quæ pulchra petens, motu sua civica jura,
 Coelos atque auras imitans, quæsit in orbe
 Per varios casus, dubiosque, per ardua rerum
 Quæ sibi constanter tractanda negotia sumsit:


Hæc

Hæc Tibi TÛLSNERUS confert, insignia, lerta
 Juraque Doctræ, Titulos & Nomina clara,
 Queis applaudo, Dei faciat clementia summi,
UT TIBI permultum profint, Patriæque Tuisque.

*Ita properanter Nobilissimo Dn. Doctorando
 de novis titulis*

gratulatur ex animo

Kilianus Rudrauffius, P. P.



LIMBACHE quem TE commemorem? cui
Astræa dudum celsa dicaverat.

*Cui juris almi nunc merentem
 summus apex decorat juventam.*

TÛLSNERUS ecce est, qui *redimit caput*
Frontemque ferto. Dignior haud erat
 Conferre honores, sive canos,
 sive animi memoranda spectes.

*Præsentius vix consilium fuit
 Vlli disertum si eloquium parat.*

*Certus salutem ferre, BALDVS
 Seu ZASIVS miserum levaret.*

*Doctore tanto niteris inclute,
 Erisque compar, omina si juvant!*
 Applaudo: *Videre esto Doctor
 Iustitia Pylios ver annos.*

^{lmq}
 M. Henricus Phasianus, P. P.

Limpidè

Limpidè tandem TIBI Lympha currit,
 Clare LIMBACHI, Latices micantem
 Candidè gemmam referunt, electro est
 Purior Amnis.

Namque Consulti dedit Alma Munus
 Jurium Mater; dedit & Puellam
 Lege jungendam stabili; Caput jam
 Purpura cingit.

Sic honorando THEMIS ornat omnes,
 Queis Deam TECUM redamare curæ est!
 Hinc & est, cur nunc triplici corollâ
 Jure superbis.

Muneri grator, bona multa Tædis
 Opto, sit felix Honor, usque Rivi
 Limpidi currant, neque Limus unquam
 Polluat Undas.

Ita summis Nob. Dn. LICENTIATI Honoribus
 gratulando Amicitiam suam declarare voluit
 Fridericus Nitzschius Phil.M. & Math.P.P.

Aduvat assiduè libros tractasse politos,
 Baldi seu Gaji seu celsi Papiniani.
 Tangere nos faciunt sublimi vertice coelum,
 His fortunatè totus quoque flectitur orbis.
 Porro Tuis LIMBACHI imponuntserta capillis,
 Quæ Te Doctorem designant atque reponunt:
 Inde Tuum spirat Spiræ prænobile nomen,
 Illic caesarum laudaris ritè Patronus
 Teque horum numero properat conjungere claro.
 Gloria pro voto cedat resonet Tua fama,
 Defendas, conserues, spem vitamque clientum
 Sit pariter thalamus Tibi terque quaterque secundus!

Ita gratulabundus acclamare voluit


Henricus Petrus Habernorn/
 J.U.D. & P.P.

(X2617988)

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

V Æ
 TIONES.
 LTU
 I PRIMI
 TE
 O SEXTO,
 INCIPE, &c.
 VS
 ILSNERUS
 onfil. & P. P.
 signatus,
 is Clarissimo
 OPHORO
 S.
 ic. dignissimo,
 A HONORESQUE
 plicè riteq; renunciaret
 SENA
 ni 1670.
 sa
 s
 & venerandis
 S. andol
 S Æ,
 AMPELLI, Acad. Typogr.
 LXX.

3